UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An possit impleri pænitentia, § c. par. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

ligatio confitendi: quod tamen videtur nimis largè prolatum.

10 Quoad Secundum, Dico poſſe e adimpleri à pœnitente, dum eſt in ſtatu peccati mortalis: quia quamvis tunc non in ſtatu meriti, tamen eſt in ſtatu, quo poteſt præcepto confeſſarii ſatisfacere.

e *De Lug. de pœn. d. 25. ſect. 3. & comm.*

Quoad Tertium, Poteſt pœnitens *f* ſolvere pœnitentiam quando exercet aliud opus de præcepto, ſi pœnitentia, & dictum opus non ſe invicem excludat, quare dum audit Miſſam de præcepto, poteſt recitare v. g. Coronam Beatæ Virginis, non enim hæc ſe excludunt, &c.

f *Caſtrop. to. 1. tr. de leg. d. 1. d 20. n. 1.*

§. 3.

An poſſit impleri pœnitentia per alium.

11 CVm ſatisfactio ſit perſonalis, communiter a per ſe ipſum illam pœnitens exhibere

a *Vide de Lug. d. 15 ſect. 5. de pœn. n. 78.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hibere debet: niſi fortè ſit Eleemoſyna, quæ talem rigorem non requirit. Si tamen judicaverit Confeſſor, ex juſta, & rationabili cauſa, expedire, imponere ſatisfactionem implendam per alium, poſſe non eſt improbabile. *b*

b Suar. d. cit. 38 de pœn ſec 9

12 Hinc infertur illum, qui redditus eſt impotens ad pœnitentiam ſibi impoſitam implendam, non teneri *c* ad illam implendam per alium, etiam ſi commodè id facere poſsit. Ratio eſt, quia præceptum non fuit de procurando alieno jejunio v. gr. ſed de jejunio proprio; quod cum poni non poſsit, ceſſat obligatio.

c De Lug. d. 36 de pœn. ſec. 5. n. 87.

§. 4.

Ad quid obligetur Pœnitens, ſi pœnitentiæ obliviſcatur.

13 EOdem modo qui oblitus eſt pœnitentiæ ſibi impoſitæ, manet liber ab obligatione